agitur Sed nichil apud deum mise
rius tristius & dampnabilius si ma
le fiat **Capitulum 4^tum de mo
ribus sacerdotum & aliorum ecclesiasticorum**
Sacerdotes dicti sunt quasi
sacra dantes vel sacra
debent ducere vita Unde
id ysaie lij Mundamini qui fertis
vasa domini Qui tamen presbiteri a
sanctitate eis debita recedunt
vel vngo indebito deprimuntur Unde
levit. xxj dicit quod sacerdotes sancti
& immaculati esse debent & qui
habebant maculam non debebat
offerre panes, ut si cecus vel
claudus esset Super quo Gregorius
in suo pastorali li^o 2^o ca^o 4 Ce
cus est inquit qui diuine contempla
cionis lumen ignorat Claudus autem
est, qui viam vite non valet tene
Ideo apostolus ad Corinth. 2 monet
abicere opera tenebrarum et induere
arma lucis Illi enim sacerdotes
arma induunt in virtutibus quam officia
ut Nam teste Ieronimo epistola 3^a
Clericus dicitur a cleros grece quod est
sors latine & propterea vocantur clerici
quia de sorte domini sunt vel quia
dominus est sors eorum sicut possessio Cle
ricus igitur se talem debet exhibere ut
possideat dominum & ipse possideatur
a domino h ille Unde hugo li^o 2^o
parte 3 ca^o 2^o Signaculum igitur
clericorum est corona qua signatur
clericus deputatus ad ministerium dei
cui seruire est regnare Unde corona
regalis decus est quod non immerito
clericis datur unde illud prime pe
tri 2^o Regale sacerdocium Et
ibidem subdit hugo, quod capitis co
ma clerico in modum corone ton
ditur & summitas capitis desuper
denudatur ut prior dicetur intelli
gi quod ad regiam potestatem assu
muntur ut in reuelata facie glo
riam domini contemplentur h ille
Quapropter clerici comas nutrire
prohibentur ut in decreto distinctione
23 Clerici comati a sollicitu
dinibus igitur temporalibus exuuntur
ne vanitatibus mentes corporis im
pediantur Unde Ieronimus epistola 3^a
Negociatorem inquit clericum tamquam
pestem fuge, quia nemo mili
tans deo implicat se negociis
secularibus Et idem de ipso met
ieronimo refert policratus li^o ca^o
quod quamvis a mensa sua 3^es clericos
exclusit, quia incompositi erant
Decebat enim viro honesto & ipsum
non licere in eius consorcio aliquem
incompositum habere Inhonestum
igitur est aliquem se clericum pro
fiteri & variis occupacionibus de
tinei, ne delectacionis perficietur id
Tren 4^to Qui nutriebantur
in croceis amplexati sunt ster
cora Antiquitus nempe sacerdotes
nazareorum ob vite continenciam
caput radebant & capillos in
igne sacrificii ponebant ut dicitur
numeri 6^to Illi enim moraliter capil
los radunt qui temporalia mente
deserunt & tunc deo sacrificant, quia
famulatui dei disponunt Sed omnia
corona clericalis designat Nunc
tamen clerici sua vocacionem pretermit
tunt & ideo in subiectiones plu

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0207
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg